

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Homo r cum uariis

Fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more uagarentur, et sibi uictu ferino uitam propagabant, nec animi ratione quicquam, sed pleraque uiribus corporis administrabant, nondum diuine religionis, non humani officii ratio colebatur, nemo nuptias uiderat legitimas, non certos quisquam inspexerat liberos, non, ius equabile quid utilitatis haberet, acceperat.

Tullius in prologo rethorice.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quisquam] quisque C, quicquam M; quisquam inspexerat liberos] liberos inspexerat
quisquam P V¹ V² L¹ L²; rethorice] de inuentione V² L¹ L²